

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

vapores etiam per aëris superficiem altior in isto apparuit. Vnde & ipsum, & alias stellas similiter supra horizontem apparere posse, cum infra adhuc sint, pro impossibili non habemus, sed certo concludimus. Porro hic vnus ex iis modis est, quibus refractiones Tycho creberrimè explorauit, vt aliquando patebit, Deo volente, ex eius obseruationum libris. Est autem & Mœstlinus ob singulare visus acumen, in Venere de die obseruanda exercitatissimus.

Nota ad N.7.

De Halonibus, quorum Parelia quadam partes circularum sunt, vt & Paraselena, hoc monere volui harum rerum studiosos. Primo Halonum circa Solem & Parelionum eosdem esse colores, qui sunt in Iridibus, obscuriores tamen ob claritatem solis propè lucentis; & tennes admodum in Halonibus circa Lunam, & Paraselenis. Ergo sunt refractionum soboles, vt & Irides. Vide infra Cap. 5. experimenta per globos aqueos & vitra triangula.

Deinde diameter Iridis, occumbente sole, semper est graduum 90°. Halonis 45°. ergo quicumque es, qui hic vltra Aristotelem sapere aliquid cupis, huius rei causam tibi demonstrandam esse scito.

Tertio Halones cernuntur in nubibus planè proximis, quod ex celeri volatu patet. Et tamen ab omnibus omninò hominibus, in quocunque loco constitutis, cernuntur à luminari, ceu à suo centro abesse $22\frac{1}{2}$ gradibus. Quilibet igitur in nubibus tam propinquis proprium Halonem videt, non minus quam Iridem, quia alii spectatori alia nubes interfidus interponitur.

Adeoque sæpe mihi eodem loco permanenti Halo & Paraselene iam apparuit, nube iusto loco consistente, iam euauit, nube abeunte, rursumque apparuit, succedente nube alia.

Neesse est igitur, loco multo sublimiori, & tamen in materia fluitanti & certa superficie terminata, semperque eiusdem densitatis & altitudinis, refringi radios sideris, itaque refractos demitti: at non videri, nisi à nube pellucida ita excipiantur supra, vt ab infra, per corpus scilicet pellucida nubis hac pictura appareat.

Quartò Parelia & Paraselena crebriores ferè sunt ipsis halonibus, quia in halone ferè semper parelia. Et hac quoties apparent, equali cum Sole vel Luna semper cernuntur altitudine.

Quintò, vt Iris appareat, locum vbi apparere potest & materia vestitum & vmbrosus esse neesse est. Propterea, quoties pluit interlucente sole, nube proximè supra solem apparente, scilicet vbi vix vmbra nubis abiit; tunc igitur clarissima cernuntur Irides. Ergo materia aquea, que inter spectatorem & solem est, seu pluuia sit, seu pellucida nubes, seu nebula (vidi enim Irides & in nebula) hac inquam format & figurat refractiones radiorum solis; qua verò post spectatorem est, ea excipit hos radios solis refractos.